



num nomen Idea accepta à Platone, qui posuit ideas ipsas rerum quidditates non quidem per se existentes, ut ei imponit malè Aristoteles, sed in mente divina, ut bene interpretatur Augustinus; ita Dodor ibi: ita etiam pro Platone loquitur Alensis noster 7. Metaphysic. text. 52. quæstionum. ubi querens, num dari possint ideas separatæ Platonice sic quæstionem resolvit; dicendum est, quod dare ideas separatam extrâ mentem primi intellectus, ita quod sit dare per se hominem, qui sit extrâ hunc hominem particularem, hoc est impossibile; quia natura hominis habet, quod sit existens in hoc homine; si autem intelligatur, quod datur idea rerum in mente primi, hoc est necessarium, cujus ratio est, quia omnia, quæ sunt infra naturam, & infra essentias creatas procedunt à Deo; non autem procedunt per modum nature; restat ergo, quod procedant per modum artis, omne autem quod procedit ab aliquo per modum artis, procedit per modum exemplari, omne autem quod procedit à Deo per modum exemplari habet exemplar in mente artificis; si ergo omnia procedant à Deo per modum exemplarum, concludit Alensis, omnia habent exemplar in intellectu primi, & tale exemplar voco ideas, & has ideas (inquit) secundum rationes exteriores in intellectu primi posuit Plato non autem in his subsistentibus extrâ illam, sicut imponit sibi Philosophus; in ejus rei confirmationem Alensis adducit etiam Comment. Eustratium libro 1. Ethicor. dicentem ideas non esse à Platone positas, sicut ei imponit Aristoteles. extrâ mentem primi artificis, sed in mente divina; quicquid ergo dicant Aristoteles, fautores, cum Scotus, & Alexander stent pro Platone, debemus, & nos in hac re tantis Doctoribus subscribere; de quo qui plura desiderat, consulat Averlar. quæst. 8. log. sed. 2. & Contarinius junior. tom. 3. qu. qu. peripat. quæst. 1. à capit. 82. & inde.

Alii vero communiter in schola Peripat. docent nec dari à parte rei imò nec posse dari per divinam potentiam naturam universalem ab individuis separatam, sed semper, ac indispensabiliter immeritam esse singularibus, ac in eis essentialiter includi. Sed quidam istorum esse non ponant naturas universales à singularibus separatas, & separatæ, ad huc tamen eas realiter à singularibus distinguunt; saltem ut includantur ab includente, quia gradus inferior includit superiore, non tamen superior inferiorem; ita videtur significare Jan. 2. Metaph. quæst. 9. & sic discutere debent, ut consequenter loquantur. Auctoris illi, qui disputat, præced. quæst. 6. gradus superiores, & inferiores desumi dicebant à formis realiter diversis, ut v. gr. corpus à forma corporis, vivens à anima vegetanti, sentiens à anima sentiente, & intelligens à intelligenti, quas formas realiter diversas existimant illi esse in eodem singulari.

25. Dicendum est naturam communem dari non posse, nisi singularibus perpetuo immeritam, imò realiter, ac essentialiter identificantur, ita quod omnino fabulosa sint universalia in essendo à singularibus separata, ut Platonem poluisse narrat Aristoteles. Et quidem id impossibile esse, ac omnino implicare evidentissimum convincitur rationibus ex ipso Aristotele. deductis 7. Metaphysic. nisi enim magis implicaturum est, quam essentiam, vel essentiam partem esse extrâ rem, cuius est essentia; quod quidem nil rei magis intrinsecum datur, quam propria essentia, sed natura communis, seu universalis in essendo sunt essentia singularium, ut animal de essentia hominis, homo de essentia Petri, ergo impossibile est, talia universalia esse extrâ singularia, vel ab ipsis separata. Baner. lib. 7. suæ Metaph. cap. 2. & 3. nititur solvere hanc rationem ex Aristotele 7. Metaph. deductam, quia etiam salvare concedit opinionem Platonis de Ideis ex parte, ut ei tribuitur ab Aristotele. unde cap. 2. decem dicta ponit juxta mentem Platonis, quorum primum est, quod universalia extrâ intellectum simpliciter existunt, & per se subsistunt, in tertio dicto asserit, quod homo simpliciter existens excludit realitatem omnium hominum singularium, & adhuc est idem cum illis, & prædicatur de ipsis; quomodo autem hoc sit impossibile, quod universale sit separatum à singularibus, & adhuc sit idem cum illis, & prædicatur de ipsis explicat deinceps capit. 2. dicens, quod homo simpliciter est omnis homo eminenter, & æquipollenter, non autem omnis homo quidditative, & formaliter, sicut exemplar omnium hominum; si quod diximus, quod primum est, intelligitur est exemplar eminentium omnium, & idea omnium representativa, unde, & lapis non est formaliter sed representativè, & exemplariter omnis lapis, & homo simpliciter omnis homo eminenter, & rosa simpliciter omnis rosa eminenter, & exemplariter, idem non prædicatur de rosis particularibus prædicatur essentialiter dicente, hoc est hoc, sicut nec exemplar ita prædicatur de exemplo, nec prima intelligentia, quæ est exemplar eminentium omnium sic prædicatur de illis, quorum est exemplar. Et si dicas Platonem poluisse utique prædicatum aliquam hominis simpliciter de singularibus hominibus, qualis igitur est illa prædicatio, & qualis est identitas, vel quod substantia litas hominis simpliciter ad homines particulares, si quidem implicare videtur id, quod est idem cum omnibus singularibus esse extrâ illa, & ab illis separatam, quia tunc idem esset, & non esset. Responder de mente Platonis, quod illa prædicatio non est essentialis, sed est representativè de representato, & exemplaribus eminentibus de exemplo, tum quia cum hominem desinitimus, quod fit animal rationale, & demonstramus, quod sit rationalis, certe non de aliquo homine separato, & nobis ignoto, aut aliqua Idea id facimus, sed de homine nobis noto; tum quia de acci-

dentibus datur scientia, & tamen istorum Ideas Plato non posuit, sed tantum substantiarum, ergo non sunt absolute necessariæ ad scientiam rerum; tum tandem quia adhuc sine tali universalis Platonice bene fiat, quod scientia sit de objecto immutabili, incorruptibili, & æterno, quia non est de ratione objecti scientiæ necessitatis, & immutabilitatis quod exderationem, sed tantum quod connexionem prædicari cum subiecto, ut enim docet Scot. 1. dist. 3. quæst. 4. 1. & 2. ad scientiam sufficit necessitas complexa, & propositionum, nec opus est necessitate incomplexa, & terminorum, de quo satis dixi supra disp. 8. quæst. 1. art. 4. à num. 58. ubi etiam declaravi, quo pacto nullo existente homine particulari adhuc datur scientia de homine in communi, & verum esse dicere, quod sit animal rationale, risibile &c. Et quo sensu essentia rerum dicantur æternæ abique ulla necessitate universalis Platonice. Neque necessariæ sunt Platonice Ideæ, ut omnis generatio sit ab invoco, & omne simile generetur à simili, cum enim magis videamus causas particularibus dissimilibus generari, ut igne ex ferro, & lapide, ranam ex pluvia, & pulvere, hinc Platonem inferebat dari debere aliquam causam universalem, rebus generis similitudinem suam impudentem. Non, inquam, ex hoc capite sunt Ideæ Platonice introducendæ; tum quia saltem in effectibus univocis supervacaneæ forent, tum quia absolute loquendo non est semper necessaria formalis, & univoca similitudo inter causam, & effectum, sed sæpius sufficit loca virtualis, ut patet in effectibus æquivocis; tum tandem quia quando etiam talis similitudo necessaria foret, adhuc ad rem non facit universale Platonice, hoc enim ponitur ab ipso omnis materiam expertis ingenerabile, & incorruptibile, effectus autem illi sensibiles componuntur ex materia, & forma, sunt generabiles, & corruptibiles, & idem universale Platonice nequit poni ejusdem rationis, & speciei cum illis.

29. Neque rursus sunt necessariæ propter conservationem rerum inferiorum, quia cum hæc sint corruptibilia, & atque caduca, non indigent perpetuo conservantur, tum quia pro toto eo tempore, quo durat, etiam præcisè ideis habent causas naturales ad earum conservationem sufficientes, & denique nunquam deest influxus causarum universalium, & nempe Dei, & cælorum, ut suo loco dictum est. Neque ponit debent, ut inferiora sua opera ceteris exercere possint, nam inferiora ex parte sui habent principia sufficientia illarum, propria namque forma sunt principia prima, & radicalia; accidentia vero principia proxima, & instrumentalia, & ex parte Dei causæ primæ, & universalis semper præstio est generalis concursus. Nec tandem poni debent, ut possit intellectus sine fallitate cognoscere universale non cognitiss singularibus; ad hoc enim sufficit, ut notat Dodor 2. dist. 3. quæst. 1. Quod datur natura communis immerita quidem in singularibus per identitatem realem, quæ tamen non includat singularitatem in sua ratione formali, imò quantum est de se, sit indifferens, ut non magis hoc singulare constituit, quam aliud; talis enim indifferens, ac distinctio formalis naturæ à singularitate sufficiens fundamentum est, ut cogitari possit natura universalis nil interim cogitando de singularitate, per quam à parte rei contracta est, ac determinata ad hoc individuum, neque hic ulla intervenit fallitas, tum quia præcedit fundamentum in re, tum quia dum intellectus, ita naturam contemplantur, non eam separat, aut dividit ab individuo, sed solum præcendit, & abstractè considerando unum, & non considerando aliud, quæ ex 2. Physic. 12. dicitur abstractio præcisiva, non divisiua.

30. Altera quoque conclusio pars, scilicet naturam communem nedum esse semper singularibus conjunctam, & immeritam, verum etiam realiter identificantem, est communis omnium sensus, & in omni schola receptissima, idque Aristoteles docuit 7. Metaph. 31. & alibi frequenter, dum inquit universalis nihil esse præter singularia, & genus nihil esse præter eas, quæ sunt generis species, iuxta enim non datur universalis à singularibus separata, verum etiam non dari, ut res ab ipsis realiter distinctas, potest probari primo omnibus illi rationibus, quibus disp. præced. quæst. 6. art. 1. probatur diversus gradus metaphysicos ejusdem essentia non admittere inter se realem distinctionem, sed omnes in eadem essentia, & entitate realiter identificari. Deinde quia universalis essentialia (de quibus hic est sermo) ut sunt genera, & species essentialiter, & quidditative de suis inferioribus prædicantur, vel tamquam tota eorum essentia, vel tamquam pars essentia; ergo supponunt naturas communes, in quibus fundatur eorum intentiones, esse suis inferioribus realiter identificatas, nam veritas hujusmodi prædicatum essentialium in tali reali identitate fundatur, ut dictum est disp. 4. logic. Uterius probatur ex regulis distinctionis realis jam assignatis disp. 6. quæst. 8. nam distinctio realis attenditur penes diversitatem existentiarum præsertim in creatis ex ibi dictis num. 182. & propriè versatur inter rem, & rem, sed naturæ communes, ut à singularitate præcisa non conveniunt existentia, sed tantum essentia cum ea conjuncta, ac identitate; ergo cum existentia non habeat diversam ab existentia singularis, sed ejusdem existentia existat, nequit ab eo realiter distingui, minor patet ex disp. præced. num. 176. & mox adhuc probatur.

31. Confr. quia quando aliqua distinguuntur, ut dicitur, quæ est conditio requisita inter eas, quæ realiter distinguuntur, quodlibet eorum habere debet propriam entitatem realem existentem, per quam unum seccernatur ab alio; sed omnis entitas propria existentiæ

stentia existens est singularis, quia per hanc constituitur immediatus, & per se terminus actionis agentis, quæ ad singulare terminatur, ergo universale, & singulare, ut dicitur nequaquam distinguuntur. Confrim. adhuc ex regulis identitatis realis, sicut enim realis distinctio fundatur super pluralitatem rerum existentium, seu supra diversitatem existentiarum, ita realis identitas fundatur super unitatem essentia, & existentia, dictum est loc. cit. disp. 6. num. 189. unde quæ reatur, sive realitatur per unam essentiam, & per unam partem existentiam existunt, dici debent, eadem realiter; sed omnes gradus metaphysici ita se habent in communi constituto, ergo nequeunt inter se realiter distingui; probatur minor, quia essentia ex ibidem dictis ex propria sua significatione dicit naturam integram ordinatam ad existentem, formalitates vero, ut sunt gradus metaphysici, sunt tantum constitutivi essentia; nec ex se immediate sunt capaces existentia, sed adæquate existunt per existentiam totius entitatis constata ex ipsis. Sed adhuc specialiter probatur de natura communi in ordine ad singularitatem, quia existentia non advenit, nisi rei singulari, communicatur enim rei per actionem; sicut sit terminus realis productionis, quæ ad sola singularia terminatur ex 1. Metaph. cap. 1. & lib. 7. cap. 15. sed sic est, quod in quolibet individuo parte rei est una dumtaxat individualis differentia, per quam natura specifica in eo existens est singularis, & merito ejus ceteri gradus superiores, unde per eandem differentiam individualem Petrus sit hæc substantia, hoc corpus, hoc vivens, hoc animal, & hic homo, ut magis patebit disp. seq. ergo pariter una tantum dabitur existentia, scilicet individui, per quam omnes gradus prædicamentales existunt, atque idem aulam eorum potest à communi constituta realiter distingui.

32. Rursus natura humana v. gr. in Joanne realiter distinguitur ab ipso pariter ab ejus individuali differentia distinguatur, sed hoc dici non potest, ergo &c. patet sequela major, quia cum ex humanitate, & singularitate Joannis constituitur unum compositum, quod est Joannes, nequit humanitas realiter à Joanne distingui, quin etiam distinguatur ab altera parte, scilicet singularitate ejusdem, Probatur minor ex dictis, quia ad distinctionem realem exigitur propria entitas, & existentia in utroque extremo, sed ante singularitatem in Joanne humanitas non possidet ullam actualem existentiam, sed tantum postquam singularizata est, intelligitur existere ad existentiam singularis, non enim potest existere extra causam, nisi per productionem, & nequit produci nisi cum singularitate, quia omnis productio cum sit singularis; ad rem quoque singularem, & individuum necessario terminatur ex Arist. modo cit. ergo &c. Præterea probari potest ex via generationis, & corruptionis, quæ licet non sit figuræ adæquatæ, ut diversitas existentiarum, est tamen sufficiens distinctio realis, aut identitatis oppositæ ex dictis disp. 6. quæst. 8. nu. 185. aliqua duo est, quando ad generationem unius generatur, & aliud, & eadem actio, & ad ejus corruptionem corrumpitur secundario, & remota, ut Scot. docet 3. distinct. 22. quæst. un. H. Tandem potest probari ratione à posteriori, qua utitur Aristoteles apud Canon. 1. Physicor. qu. 6. & 7. nam si natura communis realiter à singularibus, eorumque hæcæcitibus distinguatur, tunc transmutari posset de una differentia in aliam, quando namque res potentialis, & prior respicit plures actualitates, oppositas, ut realiter distinctas, potest saltem Deus illam transmutare de una in aliam, ac etiam omnibus simul exoliare, ut constat de materia respectu formarum, quia enim respectu illarum est potentia, & ab eis realiter distincta, potest de una transmutari, in aliam, imò, & à Deo omnibus exoliari, nam ut arguit Dodor 2. dist. 12. quæst. 2. omnis realitas absoluta prior alia, & ab ea realiter distincta potest separari ab ea, cum non dependeat ab illa, & sic animalitas hominis posset fieri animalitas leonis, imò dari animal in rerum natura, quod nec fit rationale, nec irrationale, & ab omnibus differentis de eadem natura, quod planè monstruosius est, quam Universalis Platonice separatam, quam rationem adhuc magis prosequor supra disp. præced. n. 190.

Objectiones soluta.

33. In oppositum arguitur, Primum, quod natura communis realiter distinguatur à singularibus, & eorum hæcæcitibus, nam de ipsis contradictoria verificatur à parte rei, natura namque à parte rei dicitur communicabilis pluribus, individuum vero incommunicabile, natura à parte rei dicitur communis, & contrahibilis, differentia vero individualis dicitur propria, & contrahens; at illa de quibus à parte rei contradictoria verificatur, realiter distincta censentur, nam saltem in creatis nequeunt opposita de eadem re affirmari, & negari, ergo natura distinguitur realiter à singularibus, & eorum hæcæcitibus.

Resp. contradictionem ex natura rei esse utique sufficiens signum ad vitigandam distinctionem ex natura rei, ut est genus ad omnes distinctionem præter opus intellectus, non autem ad indagandam distinctionem simpliciter realem, ut dictum est disp. 6. n. 168. & 182. aliqua enim sunt contradictoria, quæ toti rei absolute conveniunt, & non præcisè ratione aliquis formalitatis includit, spectantque ad esse identicum, ac entitativum rei, seu physicum, ut existere, & non

existere, produci, & non produci, & contradictio in ipsis fundata utique veram, & propriam infer distinctionem realem praesertim in creatis, quia haec sunt extrema primae contradictionis, de quolibet verum est dicere, quod est, vel non est; alia sunt contradictoria minoris momenti, quae nempe respiciunt esse formale rei, nec absolute, & simpliciter toti rei conveniunt, sed ratione alicujus formalitatis, & cum replicatione istius; ut esse sensitivum, & dicurivum in homine, dicitur enim sensitivus, quatenus animal, & dicurivus quatenus homo, non quatenus animal, unde ad haec contradictoria componenda sufficit sola diversitas formalitatum in eadem re, quae doctrina habetur supra fufius declarata dif. 6. nu. 227. 299. & 310. ita autem se habet res in proposito, quod contradictoria de natura, & haecceitate verificata non sunt contradictoria primae generis, sed secundi, & ideo non inferunt, nisi distinctionem ex natura rei formalem, non autem realem; & sic etiam respondet Licher. ad hoc argumentum, quod facit Ocham, & Rubion 2. d. 3. qu. 3. contra Doctorem 2. dif. 2. qu. 1. quae etiam doctrina pluribus pro servanda formali distinctione, nec cum reali coincidat, 1. dif. 2. quaeft. 1. & 2. d. 1. quaeft. 5. & alibi saepe. Dices inter contradictoria esse aequalis repugnantia, quatenus de eodem, & secundum idem nunquam verificari possunt, ergo & equelem semper inferunt distinctionem. Respondeo sic, licet omnia contradictoria sive realia, sive rationis utriusque aequè repugnare quoad veritatem, eodem enim affirmationem, & negationem puram important plane de eodem respectu ejusdem, & secundum idem verificari nequeunt, attamen quoad distinctionem inferendam non aequè repugnant, nam quaedam inferunt distinctionem simpliciter realem, ut prima contradictoria; alia ex natura rei formalem; & alia tandem distinctionem tantum rationis juxta conditionem contradictionis, distinctio sequitur semper contradictioni commentatur.

24. Secundò, nihil potest identificare sibi realiter illud, sine quo aliquando potest esse, imò absolute potest esse, sed juxta doctrinam Scoti 2. d. 3. q. 1. humanitas in Petro potest esse sine illa differentia individuali, nam sicut contra facta sunt per Petreitate, ita potest contrari per P. nisi tamen, imò intrinsecè considerata adhuc realiter illam indifferentiam privativam, in qua Scotus ponit totam naturam communitatem, ob quam adhuc in sensu diviso potest ab illa singularitate determinari. Constat igitur habet natura specificam individuum, ut generica ad specificam, sed generica realiter distinguitur a specifica, quia animalitas reperiri potest, imò de facto reperiri, ubi non est humanitas, ergo &c. Tandem humanitas, quae est in Petro realiter distinguitur a singularitate Pauli, ergo etiam a singularitate Petri, quia quod distinguitur a pluribus ejusdem rationis, distinguitur a quolibet alio ejusdem rationis, cum non sit major ratio de uno, quam de alio.

Respondeo scilicet argumentum cum confirmatione non concludere, nisi quod natura, & differentia contrahens non absolute inter se identificantur, sed tantum ratione tertii, in quo ununtur per identitatem, & quo si abstrahantur, non remanet inter illa sufficiens causa identitatis, unde licet humanitas Petri sit animalitas Petri in Petro, tamen extra Petro absolute louendo humanitas non est animalitas, quae doctrina differet tradidit Doctor 1. d. 3. q. 4. ad 1. prin. & omnes amplectuntur Scoti 2. d. 3. q. 1. ubi ait, quod si consideretur natura communis, ut prior naturaliter ipsa differentia contrahente, nihil in ipsa invenitur per quod ei repugnet esse sub alia, si tamen consideratur ut conjuncta cum differentia in tertio, implicat separari posse ab illa ob realem identitatem acquisitam ex combinatione amorum in tertio, cui identificatur, unde concludit, quaedam non repugnare naturae in se, repugnare tamen naturae positae in esse, vel factae. Quam doctrinam pro solutione praesentis difficultatis adhuc magis explicat Licher. 2. d. 3. q. 1. §. Respondeo ad hanc rationem, dicens id, quod habet Doctor ibid. cit. H. scilicet naturam quantum est de se indifferentem esse ad omnes haecceitates, nec repugnare sibi esse sine hac differentia, sub qua est posse dupliciter intelligi, vel enim intelligitur, quod non repugnat naturae quantum est de se, ut prior est singularitate illa, esse sine illa, quia potest esse cum alia, nec sibi habet necessarium determinat, & in hoc sensu verum est, quia nullam determinatam differentiam respicit natura, sed aequaliter omnes disjunctivè; vel ita intelligitur ut natura possit esse sine illa, dum est sub illa, & in hoc sensu fallum est, quia dum est sub illa, cum sibi identificatur, nec sub alia esse potest in sensu composito, neque id eventit ex parte sui, quantum enim est ex se, omnes sibi identificaret, cum aequaliter respiceret omnes, & omnes naturae sint oriri a principio illius naturae, sed id sibi obvenit ex parte differentiae contrahentes, quia ut actus est sub una, sibi repugnat esse sub alia, & dum una oritur, alia non potest oriri, hanc illa prima, dum enim actu habet unam singularitatem, repugnat sibi habere aliam.

25. Haec est potissima difficultas in hac materia, quia indifferentia illa negativa, quam Scot. assignat naturae communi in ordine ad differentias contrahentes, & in qua salvat totam naturam communitatem, plane inducere videtur distinctionem realem inter naturam, & singularitatem, cum possit natura quantum est de se, vel saltem potuerit esse sine illa singularitate, sub qua de facto reperitur. Neque communis illa Scotistarum solutio satisfacere videtur, etiam si a Doctore indicata, nisi melius explicetur; si enim natura, & differentia extra tertium non sunt idem realiter, non videtur quomodo idem fieri possunt per conjunctionem amorum in tertio,

nec enim tantam vim habet unio, quantumcumque sit substantialis, ut possit identificare in tertio, quae ununtur, si antea erant realiter distincta, ut constat de materia, & forma in composito, quae adhuc unitae in ipso realiter ab invicem distinguuntur, quia sic antea distinguuntur. Nec etiam satisfacit doctrina, quam addit Licher. nam neque materia prima, dum est sub hac forma, potest esse sub alia in sensu composito, nec ex hoc rite argui potest realis identitatis inter illa, quia absolute loquendo, & secundum se potest esse sine illa, & illa aequaliter ad omnes indifferentes, sicut igitur ex tali indifferentia materia ad formas rectè deducitur realis distinctio ipsius ab eis, ita in proposito ex tali indifferentia naturae ad omnes haecceitates videtur posse, ac debere deduci realis distinctio illius ab istis. Nec valet Licher. occurus, qui paritatem negat, quia ibi comparatur materia ad formas realiter distinctas, hanc autem comparatur naturae ad haecceitates, quae non sunt realiter distinctae. Non valet, quia quantum est ex parte materiae, & naturae communis similis est ambiguitas indifferentiae, & indeterminatio ad formas, & haecceitates, ergo sicut ex tali indifferentia arguitur materiae distinctio realis a formis, ita videtur posse concludi de natura communi respectu differentiarum, ad quas est indifferentes, & negare paritatem, quia materia realiter distinguitur a formis, nec sic natura ab haecceitatibus, est manifesta principii petiti, hoc enim est quod modo probare contendit argumentum, aut naturam non esse indifferentem ad haecceitates, sed omnino determinatam ad illam, sub qua est, aut si est indifferentes ad illas sicut materia ad formas debere pariter ab illis distingui, sicut materia distinguitur a formis ob talem indifferentiam.

26. Itaque pro exacta hujus difficultatis solutione, ad vertendum est, nec confusibile esse indifferentiam materiae ad formas, & naturae communis ad haecceitates, nec confusibile unionis modum materiae cum forma in composito physico, & naturae communis cum differentia in metaphysico, indifferentia cum materiae ad formas est alicujus subjecti praesistentis ad ipsa, tanquam ad perfectiones illi omnino extrinsecas, quae prout non habet per naturam resultantiam, vel emanationem ipsarum in ea, sed quia illi imprimuntur ab extrinseco agente operi dispositionum precedentium, unde si agens formas in materia non induceret, ipsa temper informis permaneret, ac non ita se habet natura communis in ordine ad haecceitates, nam ante haecceitatem ipsa non lupponit esse illud, & haecceitas necessaria pullulat, & dimanat ab ipsa, ob illud concursu extrinseco agentis, & necessitate ad eam indispensablem, ut neque per divinam potentiam poni possit in rerum natura, quin statim alia haecceitas dimanet ab ipsa, tanquam ultima, & postrema ejus realitas, a quo determinari dicitur ut reddatur incommunicabilis, ut quod, & ex hac necessaria ad eam conexione, & indispensabili arguunt identitatem eorum realem, quando enim aliqua ita se habent, quod unum esse nequit sine alio, ita quod talis impossibilitas sit ab intrinseco, talia realiter identificantur, ut dicitur est disp. 6. q. 8. n. 189. ex Doctore 2. d. 1. q. 5. N. in proposito autem impossibilitas separations naturae a singularitate non est ab extrinseco, & per accidens, sed ab intrinseco, quatenus de necessitate naturae haecceitas oritur, & dimanat a principii intrinseco naturae communis, ut bene explicat Licher. cit. quia tamen cum ipsa non includat singularitatem in sua essentiali ratione, & quod non magis una nata est oriri, a principii ejus, quam alia, quia omnes quantum ad hoc sunt ejusdem rationis, hac, inquam, ratione dicitur natura communis esse intrinsecè indifferentes ad omnes, & singularis, itaque quod quantum est ex se, ita possit sibi unam indifferentiam, sicut aliam. Declarat id Licher. exemplo satis apto, ponendo omnes dependentias creaturæ ad Deum esse ejusdem rationis, quia sunt ad eundem terminum, tunc bene diceretur, quod naturae lapidis, ut sic, non repugnat esse sine dependetia, quam habet, oriatur tamen concomitante, quia illa dependetia lapidis oritur de necessitate naturae a natura intrinseca lapidis, & si lapis ad eum feret sub dependetia, quam habet homo, illa simpliciter eodem modo oriatur a natura lapidis, nec repugnat lapidi posse esse sub dependetia hominis lupponendo quod tales dependentiae sint ejusdem rationis, sic dicendum in proposito, quod posita natura in esse reali actuali ab ipsa de necessitate naturae, & in ipsa pullulat tantum una haecceitas, quae sibi realiter identificatur, & si illa non pullularet, in qua esset, non identificaretur sibi realiter, sed cum alia, quae ab ipsa pullularet, ex quibus patet, quam sit valde diversitas indifferentia naturae communis ad differentias ab illa, quam habet materia ad formas, & quomodo ex indifferentia materiae ad formas bene deduci potest distinctio realis inter ipsa, non sic ex indifferentia naturae ad haecceitates; & in hoc sensu doctrina Licheri intellecta sufficit ad solutionem propositae difficultatis deductae ex indifferentia naturae.

27. Possit etiam alio pacto explicari indifferentia naturae, & dicitur naturam esse indifferentem ut per hanc, vel illam haecceitatem contrahatur, non quidem in actu existentiae, sed in actu essentiae, in illo nempe priori, in quo est indifferentes, ut producat, vel non producat, & in illo priori, in quo Deus est indifferentes ad producendum hoc individuum, vel illud, nam in illo priori, sicut Deus est active indifferentes, ut naturam humanam producat in Petro, & Paulo, ita quoque natura humana est passive indifferentes, ut per hanc individuationem contrahatur, vel per illam, & sic patet, quomodo haec indifferentia naturae ad varias individuationes non est physica, & subjectiva, qualis est indifferentia materiae ad formas, sed tantum est objectiva.

objectiva, & ideo nequaquam inferre licet distinctionem realem inter naturam, & haecceitatem, sub qua postea producit; quia tamen eadem essentialia praedicata, quae naturae conveniunt in haecceitate, sive in primo, sive in secundo modo, retinet quoque natura in statu actuali existentiae, hinc est, quod etiam in statu existentiae, & quando sub ipsa indifferentem reperitur, adhuc dicitur naturam aliquo pacto indifferentem esse ad individuationes, quatenus nullam includit in sua ratione formali, & quantum est ex se non magis perit determinari per istam, sub qua de facto reperitur, quam per aliam. Denique explicari potest haec indifferentia passiva naturae exemplo theologico, sicut nimirum explicari solet indifferentia activa divinae voluntatis ad usus liberos, nam isti realiter identificantur cum entitate necessaria divinae volitionis, ut omnes faterentur, & tamen secundum suam rationem formalem desinere possunt non desinente entitate divinae volitionis, sicut ergo divina voluntas illa voluit ab aeterno hunc mundum fore, ut potuerit non velle ob eius indifferentiam ad opposita liberè, & tamen tali indifferentia non obstantia hoc decretum de mundi existentia cum entitate divinae voluntatis, vel volitionis penitus identificatur, ita servata proportione in creatis potest admitti natura communis ita indifferentes passivè ad individuationes, ut quando producta est sub ipsa, quam de facto habet, potuerit pariter in illo priori aequè bene produci cum alia, absque eo quod ex tali indifferentia deduci potest realis distinctio naturae ab individuatione, sub qua de facto reperitur, unde propositio assumpta in argumento sub num. 34. nihil potest identificare sibi illud, sine quo aliquando potest esse, habet manifestam instantiam in actibus liberè divinae voluntatis, & haec explicatio indifferentiae naturae communis ad individuationes bene notanda est, quia in ista indifferentia consistit tota naturae differentia apud Scotum ex una parte, & ex alia valde difficile videtur cum hac indifferentia componere realem identitatem naturae cum singularitate, nec ullum adhuc Scotistam reperi, qui hunc nodum rite dissolvat.

28. Sicut autem non est confusibile indifferentia naturae ad individuationes, & materiae ad formas, ita quoque non est confusibilis modus, quo ununtur materia, & forma in composito physico, & natura ad differentia contrahens in metaphysico, ut enim notat Doctor 2. d. 1. q. 2. ad 1. prin. materia, & forma in composito physico ununtur sola unitate unionis, quae utique non tollit realem distinctionem inter unita, ac natura, & differentia in composito metaphysico ununtur unitate identitatis, ut quando nimirum in realem identitatem ipsius, quae postea redundat inter ipsa, quatenus quae sunt eadem uni tertio, sunt etiam eadem inter se, ut in illo tertio unita; ratio dicitur esse, quia inter compositionem physicam, & metaphysicam hoc interest, quod partes physicae cum sint res, & res, & ex verè, & propriae causa respectu compositi physici, constituntur illud per veram causalitatem, & aequè idem neque unum seipias realiter identificare cum illo, sed natura, & differentia, quandoquidem non sunt verè res, sed realiter unica existentia existentes in eadem re, nec verè, & propriae causa non constitunt totum metaphysicum per veram & propriam causalitatem, sed per simplicem influxum metaphysicum semet illi realiter identificando, atque ita ununtur in eo non sola unitate unionis, ut faciunt partes physicae, sed etiam unitate identitatis, ut loquitur Doctor loco citato, quod etiam discernit inter unionem partium physicarum, & metaphysicam in communi constituto bene significat Tatar. 2. d. 3. q. 6. ad 1. prin. & in hoc sensu intelligenda est communis illa Scotistarum doctrina a Doctore desumpta in pluribus locis, & in hoc sensu explicata valde juvat ad solutionem praesentis difficultatis.

Ad argumentum igitur positum nu. 34. primo insari potest contra majorem illam, nihil potest sibi identificare illud, sine quo aliquando potest esse, ut enim dicebam nam. proced. habet manifestam instantiam in actibus liberè ad extra divinae voluntatis; deinde potest distingui, nihil potest sibi identificare illud, sine quo aliquando potest esse, post ejus productionem, concedo, nam talis separatio alicujus ab aliqua re iam producta, & existentis absque ipsius destructione manifestam indicat realem distinctionem inter illa, ante ejus productionem, nego, quia cum hoc stare potest, quod in actuali ejus productione sibi illud identificet, cum antea indifferentes esset ad illud sibi identificandum, vel non; & tunc ad minorem dicendum humanitatem in Petro potuisse esse sine tali differentia ante ejus productionem modo explicatum nu. 37. minime verò post ejus productionem, unde natura iam existens dicitur illam indifferentiam retinere modo tantum negativo, quatenus quantum est de se potest esse sine illa non quidem potentia naturali, & ad ad eam reducibilis, sed logica, quatenus si consideretur ut prius naturaliter differentia contrahente, nihil in ipso invenitur, per quod ei repugnet esse sub alia, vel explicatur indifferentia naturae juxta modum ex Licher. adductum num. 26. nam adhuc ex tali indifferentia deduci nequit realis distinctio inter naturam, & individuationem, ut ibi dictum est; vel tandem explicetur indifferentia naturae ad individuationes ut explicatur a Theologo, quatenus aliquid existere potuit, & tamen adhuc identificantur cum ipsa.

29. Ad Conf. ejusdem argumenti negatur minor, ita enim in homine animalitas cum rationalitate identificatur, sicut in Petro humanitas cum Petreitate, & cum dicitur animal realiter distingui a rationali imò, & separari, quia reperitur in bruto, in quo non

est rationale; primò hic debet adverti, quod cum dicimus naturam communem cum differentia contrahente realiter identificari, sermo est de gradibus ejusdem essentiae, id est qui in eodem reperuntur constituto, sive sit species, sive individuum, comparandum enim animalitatem bruti ad gradum rationalitatis, qui est in homine, certum est apud omnes inter se realiter non identificari, quia talis identitas non obvenit illis, ut supra dicebam, nisi quia coeunt in eodem communi constituto, & identificantur cum tertio. Deinde, quod adhuc majori est dignum animadvertere, ex hoc, quod gradus animalitatis reperitur in bruto, ubi non est gradus rationalitatis, non bene inferitur in rigore loquendo realis distinctio, vel separatio animalitatis a rationalitate, vel humanitate, sed solum deduci potest, quod anima a parte rei non est idem cum solo homine, vel cum solo bruto ob eius amplitudinem, quia cum sit gradus communis latitudinem hominis, & bruti excedens, ita petri esse in homine, & non distingui ab eo realiter, ut eodem modo petri esse in bruto cum simili identitate, non igitur ex eo, quod est in homine separatur a bruto, neque contra, cum perferret in ambobus ratione suae latitudinis, & in adaequatione identitatis, unde natura quantum est ex se omnes sibi identificat differentias, nec quae contrahitur, in adaequatione tamen, ita enim nam sibi identificat in illo, ut aliam quoque sibi identificet in alio, adeo ut eius unitas, & identitas sit illimitata, & in adaequatione respectu singularium. Potest id exemplo declarari, nam anima rationale suae illimitationis, & virtualis divisibilitatis ita est in pede, ut etiam sit una; & eadem in capite, & tamen ex hoc, quod est in pede, non valet inferre, quod separatur a capite, quia ex hoc, quod est in pede, non ob id cessat esse in capite, sicut in proposito ex hoc, quod animalitas non solum in homine reperitur, sed etiam in Leone, non sequitur, quod ab homine separatur, ut est in Leone vel e contra, quia non per hoc, quod est in uno, cessat esse in alio, quod ad separationem necessarium utique foret. Quae rursus doctrina jurare potest ad declarandam naturam communis indifferentiam ad haecceitates, & quomodo ex hoc, quod ita est sub ipsa, ut potuerit esse sub alia, minime sequatur, quod vel separari, vel saltem realiter distingui ab ipsa, quam habet, quia non ob id, quod est sub una, cessat esse sub alia, sed solum rite inferri potest, quod non tantum cum hac differentia identificatur in hoc individuo, sed etiam cum qualibet alia in quocunque alio ob ejus indifferentiam ad omnes; verum tamen est, hanc doctrinam potius ferre pro communitate naturae per inexistentiam, quam per indifferentiam in illo, ut constabit ex dicendis infra q. 5. licet etiam possit nobis inservire, ut patebit infra nu. 227.

30. Ad ultimum ex eadem doctrina respondetur cum Lich. loc. 2. quod natura, ut prior singularitate, non distinguitur realiter ab aliqua singularitate, sed tantum formaliter, quia nata est ita esse sub una, sicut sub alia, sed ut actu est sub una singularitate ratione illius realiter distinguitur a quolibet alia, & singularitate, ut dicitur in Sorte realiter distinguitur a quolibet alia singularitate, sed hoc non est praesens ex ratione naturae, sed ratione singularitatis, quam actu habet, quam realiter sibi identificat, cum illa de necessitate naturae oritur a principii illius naturae. Si dicitur, ergo & quamlibet aliam sibi identificat, quia ex quo omnes sunt ejusdem rationis, ita una nata est oriri a principii naturae, sicut, & alia. Dico, quod quantum est ex parte sua omnes sibi realiter identificat, & si realiter non identificat, hoc non est ratione naturae, sed quia ut actu est sub una singularitate, repugnat sibi esse sub alia, & concedo, quod omnes naturae sunt oriri a principii illius naturae, sed dum oritur, alia non potest oriri tante illa prima, quia dum natura actu habet unam singularitatem, repugnat sibi habere aliam; ita Licher. loc. cit. Ubi tamen nota, quod in proposito tantum differentiae omnes individuales dicuntur esse ejusdem rationis, inquam omnes naturae sunt oriri ab eadem natura, nec una magis nata est ab illa pronavare, quam alia; alioquin propter louendo differentiae individuales sunt inter se primò diversae ut docet Doctor 1. d. 3. quaeft. 3. §. ad quaestionem istam, unde ipsemet Doctor, Metaphys. qu. 13. §. contra praedicta, quatenus, in omnes differentiae individuales sunt ejusdem speciei, vel rationis inter se, aut alterius, responderet sub num. 21. quod si intelligatur speciei, id est sic confensum sub specie, nequum membrum est dandum, sicut rationale nec est ejusdem generis cum irrationali, nec alterius, ut contentum per se sub genere, differentiae enim oppositae sunt primò diversae ob infinitatem vitandam, si autem intelligatur ejusdem speciei, ut divinum, & constitutum aliorum ejusdem speciei, sic sunt ejusdem, sicut differentiae speciei in hoc sensu sunt ejusdem generis.

31. Tertio principaliter obicitur ad probandum naturam nedum a singularibus realiter distingui, sed etiam a singularitate separari posse, nam ipsa praecedit individuationem prioritate naturae, ergo non repugnat separari posse a singularitate, quam habet, saltem per potentiam Dei absolutam, quia priori natura non repugnat esse sine posteriori, ut sepius vult Scotus ipse, & docet Arist. 5. Metaph. 16. dum, inquit, priora natura dici illa, quae possunt esse sine aliis, non alia sine ipsis. Deinde, si natura non esse potest sine singularitate, iam dependere ab illa, atque ita esse posteriora, quod si non dependet, ergo esse sine illa, poterit. Rursus quicquid est in aliquo instanti, in quo non est aliud, potest a Deo conservari sine illo pro quocunque alio instanti, sed natura est in aliquo priori signo, in quo non est singularitatis, ergo, &c. Demum causa, & causatum distinguuntur realiter, quia nil

causa seipsum, sed natura est causa, à qua producitur individua...

Resp. ad 1. Lichet. cit. naturæ, ut sic, idest ut priori non repugnare...

Ad 2. conueniens potest, naturam pendere à singularitate dependentiæ...

Quæ tandem argui possent pro Platonicis probando naturam communem...

QUESTIO III.

De natura communis saltem ex natura rei formaliter distinguuntur à singularibus, seu differentiis.

Statutum est quæst. præced. naturam communem, vel uniuersalem non solum non esse separatam à singularibus...

log. quæst. 4. Joan. de S. Thom. quæst. 3. uniuers. art. 6. Contar. junior...

Opposita sententia est Scoti 2. dist. 3. quæst. 1. & sequi apud Arist. Metaph. quæst. 16. ubi docet, naturam communem à parte rei formaliter...

ARTICULUS I.

Afferitur pars affirmatiua.

Decendum, Naturam communem ex natura rei formaliter à singularitate distinguuntur...

Respondent tamen ad hoc communiter duo à parte rei per eandem simplicem entitatem posse conuenire...

Respondent negando maiorem, quia nec conuenientia, nec similitudo significat unitatem...

Respondent tamen ad hoc communiter duo à parte rei per eandem simplicem entitatem posse conuenire...

merali, & salsum est, quod communiter ajunt Adversarii, Aristoteli sumere unitatem pro similitudine, & conuenientia...

Respondent proinde alii, quod licet plura non possint inuicem conuenire, & differre per eandem simplicem entitatem...

Respondent tamen ad hoc communiter duo à parte rei per eandem simplicem entitatem posse conuenire...

Respondent tamen ad hoc communiter duo à parte rei per eandem simplicem entitatem posse conuenire...

quia cum hæc sit imperfecta potest ab eadem ratione, vel realitate desumi, à qua sumitur disconuenientia...

Scotus verò passim negat, quod in adductis instantiis afferitur, negant enim ultimas differentias aliquo pacto inter se conuenire...

Respondent tamen ad hoc communiter duo à parte rei per eandem simplicem entitatem posse conuenire...

Aptius itaque rejicitur allata solutio cum suis instantiis, quia conuenientia, & disconuenientia inter Petrum, & Paulum ratione humanitatis, ac suarum hæcietatum...